

19. Can. XL. Non oportet eum, qui est sacratus, vel
Clericus, sine canonicis litteris iter ingredi.

Ifidorus Mercator duabus vocibus auget, *vel etiam laicus*, quæ tamen neque in Græco exemplari, neque in Dionysiana versione leguntur. Sed tamen habentur in Canonum Codice perantiquo Romanæ Ecclesiæ, quem edidit in lucem Quesnelius noster altæ vir eruditionis. Canonica litteræ, alias formatæ, alias pacificæ, alias Ecclesiasticæ, alias communicatoriæ vocantur: de quibus peculiarem edidi ad secundum sacerdotalium Dissertationem 7. Huc etiam spectat, qui proxime sequitur

Can. XLI. Non oportet eos, qui sunt sacrati vel clericorum, sine iussu Episcopi iter ingredi.

20. Can. XLVIII. Oportet eos, qui illuminantur, post baptismum inungi supercalesti charismate, & esse regni Christi participes.

Duplex solebat olim, uti & nunc, in baptismate unctio adhiberi. Praecebat enim baptismum prima unctio ex oleo Catechumenorum. Sequebatur vero baptismum unctio chrismatis, cuius meminere Clemens Papa lib. 3. constit. Apost. cap. 16. & 17. Dionysius Eccl. hierarch. cap. 2. Tertullianus l. 1. de Baptismo cap. 7. dicens: *Exinde de lavacro egressi perungimur.* Justinus Mar.

quæst. 187. Cyprianus epist. 70. ad Januarium, Cyrius Hierosol. Catech. mystag. 2. & 3. Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 7. Augustinus serm. 106. de temp. Concilium Arausicanum primum can. 1. Circumfertur Fabiani Papæ nomine secunda epistola ; sed eam peritiores, aliasque eidem adscriptas, suppositionis coarguunt. Memorat Optatus l. 2. contra Parmenianum, vitream charismatis facri ampullam e sublimi in subjecta faxa projectam a Donatistis , servatam per miraculum fuisse illæsam . Uncio porro ex oleo catechumenorum , quæ

baptismo præmittebatur, nebat quidem apud Latinos in vertice capitis & in pectore baptizandi, ut ex Ambrosio notat Pamelius ad lib. Tertulliani de baptismō initio libri, vel etiam in pectore & in scapulis, ut habet liber Theodulpi Aurelianensis de ordine baptismi cap. 10. At vero apud Græcos unctio ista siebat a Sacerdote per totum ejus, qui baptizandus erat, corpus. Hoc enim diserte tradunt Dionysius Eccles. hier. cap. 2. Cyprianus cœtach. mystag. 2. & Chrysostomus homil. 6. in epist. ad Colossenses. Quæ caussa fuit, ut canon sanctus Presbyter, cui demandatum fuerat baptizandi officium, sibi metuens ex libidinis sensu, quo invitus tamen omnique conatu renitens afficiebatur, quando feminas in baptisimi procinctu oleo perungebat, fugari in desertum capessiverit; unde tamen revocatus est sancto sibi appa-

rente Joanne Baptita , & concupiscentiæ affectum ad eo refecante ; adeo ut Persicam feminam insignis pulcritudinis, cuius præsertim formidine se fuga subtraxerat, sine ullo libidinis sensu , & sine ulla sexus advertentia, statim a regressu unixerit & baptizaverit, ut refert Joannes Moschus cap. 3. Prati spiritualis. Obviam tamen ibatur oculorum illecebris, interpositis per Diaconissas oppansis linteis, ut scribit Theophilus Rainaldus tract. de vetita clericorum cum feminis conversatione. Illa vero unctione admonebantur novi Christiani, ut tamquam athletæ paratos se exhiberent ad constanter & fideliter decertandum, juxta illud monitum Ecclesiastici 2. Filii accedens ad servitutem Dei, sic in iustitia & timore , & prepara animam tuam ad tentationem.

21. Can. VLIX. Non oportet in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato & solis Dominicis.

Similiter Synodus in Trullo dicta Quinisepta can. 52. constituit, ut tota Quadragesima, exceptis Sabbatis & Dominicis, & festo Annunciationis, non alia celebretur liturgia nisi praefanicatorum προπλαστικῶν, quæ ibi Balsamon interpretatur oblationem sacrificii diebus anteactis celebrati; quemadmodum mos est apud Latinos magnæ Paraseves die, quo ad altare consumitur a Sacerdote hostia adorabilis pridie consecrata. Idemque Trullanus hanc subjungit rationem, quia sacrificium indicium est solemnis lœtitiae, ideoque minime conveniens mœstitiajejuniorum & pœnitentiarum. Nonnulli tamen de Eulogiis, non de Sacrificio canonem istum 49. exponi malunt, conjicentes ideo in Quadragesima eulogias panis proliberi, ne per earum comedionem rigor solvatur jejunii, exceptis Sabbatis & Dominicis, quibus apud Græcos jejunare nefas erat. Verum, esse potius de pane Eucharistico intellectum canonem, tum alia suadent argumenta, tum illud, quod sumitur ex Ecclesiastico verbo προπλαστικῶν, quo utitur. Similiter enim Ni-

can. 14. negat, Diaconos potestatem habere τῷ προσφέρειν, sed solos Sacerdotes id posse. Similiter Nicetus can. 12. eos, qui in paenitentium ordine versantur, qui ὑπάστας, id est, *consistentia* dicebatur, solae ne privabantur Eucharistiae communione, dixit κονταρίνης προσφορᾶς, *communicare circa Divini Altaris oblationem sacrificium*. Laodicenus item can. 57. non permittit privatis adibus sacra offerri mysteria, & δεῖ εἰν τῷ οἴκῳ προσφορᾶς γένεσαι παρὰ τῷ ἐπισκόπου, non oportere domibus sacras fieri ab Episcopis oblationes: ut alia eraque sanctorum Patronum veteris Ecclesie significatio-
nis testimonia pro ipso Sacrificio prætermittam. Refert
Oocrates lib. 5. cap. 22. & Sozomenus lib. 7. cap. 19.
vina in omnibus Ecclesiis celebrati mysteria Sabbatis,
præterquam Romæ & Alexandriae. Cujus rei caussa sal-
tem quoad solam Romanam Ecclesiam hæc verisimi-
or erat: quia Romani Sabbatis per annum jejuna-
bant, ut perspicuum fit ex Innocentii Papæ epist. ad De-
centium Eugubii Episcopum cap. 4. & Hieronymi ad
Lucinum, & Augustini epist. 86. ad Casulanum, &
Iusdem epist. 118. ad Januarium. Itaque Synaxium,
ex Latine collectæ dicebantur, quædam institutæ solum
erant ad audiendum Dei verbum & fundendas preces,
læ vero præterea ad sacratissimum & incruentum Sa-
crificium Deo offerendum. Quod etiam præallegato
Oocratis loco astruitur, ubi refert fieri Alexandriae Sy-
naxes δίκαια τὸν μυστηρίων τελεῖν, absque mysteriorum
oblatione.

22. Can. L. Non oportet in Quadragesima postrema
optimana quinta feria jejunium solvere , & totam Qua-
ragesimam injuria afficere ; sed oportet totam Quadrage-
mam jejunare aridis vescentes . Grace ξεροφαγῶντας .
Xerophagiam , quæ hic præcipitur , describit Tertullianus
b. i. advers. Psychicos his verbis : Xerophagiam obser-
amus , siccantes cibum ab omni carne , & jurulentia , &
vidioribus quibuscunque pomis , ne quid vinoſitatis eda-
mus , vel potemus .

Ejusmodi etiam Xerophagiam in jejuniis Graci alii
ua ex parte obseruant, apud quos vigere a cunctis pi-
cibus abstinentiam testatur Balsamon, quos Tertullia-
nus sub nomine *omnis carnis* comprehendit. Arme-
ni quoque schismatici, & Eutychetis sectarii non so-
lum ab omni carne animalium terrestrium & aquati-
cum, a lacticiniis & ovis, sed etiam a vino & oleo
abstinent, ut testantur plerique qui regiones illas no-
stris diebus peragtarunt. Docet præterea Balsamon ad
Apostolorum can. 69. servari quoque a Græcis Xero-
phagiæ jejunium non in sola Quadragesima, sed omni-
bus anni quartis & sextis feriis, adeo ut nec cum ægro-
antibus dispensetur, etiam in mortis confinio, nisi cir-
ca pisces.

23. Quod vero attinet ab Apostolorum dies, Graecos & ceterique Orientales nefas ducunt in illis jejunare, ducta consuetudine ab ipsis Ecclesiis primordiis, five intra, five extra Quadragesimam occurrit. Canon Apostolorum 66. decernit: *Si quis clericus inveniatur five Dominico die, five Sabbato jejunans, uno solo excepto Sabbato (eo scilicet Sabbato quod est festi Paschalis oevigilium) deponatur: si verolaicus, excommunicetur:* Canon item Apostolorum 69. præcipit Quadragesima omniumque quartarum & sextatum feriarum per annum jejunia. Ignatius Apostolorum discipulus & germanus intulit, in epist. ad Philippenses, post districte commendatum quadragesimale jejuniū, necnon feriarum quartæ & sextæ per totum anni decursum, hoc demum adiungit; *eos qui Sabbatis jejunant, uno solo excepto* (quod est pridie Paschatis) *esse Christicidas.* Petrus Alexandrinus can. 15. Jejuniū quartæ feriæ ideo præcipi refert, quia eo die consilium initum fuit de capiendo & occidendo Christo; sextæ autem, quia eo die Christus crucem & mortem subiit. Causa vero cur Orientales jejuniū Sabbati tantopere avertarentur, ista fuit: quia jam inde ab Apostolorum tempore hæresis obortæ erant profitentes Hebræorum Deum, qui mundum hunc visibilem condidit, legemque Moyſi dedit, esse malum, & iuvare malorum fontem ac principium: atque in

omniumque malorum iomen ac principia, ejus odium Sabbatis jejunabat; quos ille dies suo cultui destinarat. Iстius hæresis auctor fuit Simon magus; eamque discipuli ejus Menander, Basilides, Saturninus, Cerinthus, Carpocrates pro viribus propagarant. His successit Cerdon, Cerdoni Marcion: quibus se Manichai duorum principiorum prorsus inter se contrarium assertores adjunxere. De quibus omnibus videndus Irenæus lib. 1. cap. 20. & seqq. & Epiphanius hæref. 21. & sequentibus. Refert Augustinus epist. ad Casulanum 86. in Ecclesiis Orientalibus non jejunari quidem Sabbathis: in Occidentalibus autem ritus esse diversos, tum inter Ecclesias Africanas, tum inter ipsas quoque Italicas: Romæ quippe districte jejunati, sed non Medio-
lani:

Synodus Laodicena sub Damaso.

ii: seque cum hac de re Ambrosium consuluissest, istud
illo sapientissimum retulisse responsum: *Quid pos-
tum hic docere amplius quam quod ipse facio?* *Quando
sum, non jejuno Sabbato; quando Roma sum, jejunio
bbato.* Et ad quancumque Ecclesiam veneritis, ejus
rem servate, si pati scandalum non vultis, aut face-
. Eadem repetit idem Augustinus epist. 118. ad Ja-
narium.

24. At in Gallia Concilium Agathense can. 8. & Aure-nense quartum can. 2. Sabbatis jejunari præcipiunt. demque in Hispania servari testatur Hieronymus ad cilium Boeticum: Innocentius primus epist. ad Den-tium Episcopum Eugubinum cap. 4. Et hoc addit, assam, cur Græci censet jejunandum esse Sabbato in

privilegio Paschæ , cum tamen reliquis anni Sabbatis
unare nefas ducerent , valere nihilominus in reliquis
annis anni Sabbatis : memoriam nimirum Dominicæ
sæculaturæ ac triduanæ mortis . Quandoquidem profiten-
tibus ipsi Græci festivum Dominicæ resurrectionis gau-
rum , non solum ipso die Paschatis , sed omnibus etiam
in Dominicis diebus celebrandum esse , adeo ut ob-
esus mysterii memoriam nec jejunare , nec genua fle-
vere permittant . Pari quoque ratione conveniens esse
Sabbatis jejunare toto anno occurrentibus , ad piam re-
lendam Chtisti mortis & sepulturæ memoriam . Huc
pertinet c. placuit & c. Sabbato , de sacr. dist. 3. Feriis
tertiter totius anni quartis , solemnia fuisse Græcis &
orientalibus jejunia in venerationem Dominicæ passio-
nis , liquet ex epist. Ignatii ad Philippenses , & ex can.
Petri Alexandriini . Et ex can. 69. Apostolorum : ex-
e mente Alexandrino lib. 7. stromatum , ejusque disci-
pulo Origene homil. 10. in Levit. Ceterum apud Latini
pro feria quarta , qua non jejunabant , assumptum
sit multis locis jejunium Sabbatorum . Locus autem
Ambrosii lib. de Elia & jejunio , cap. 19. *Quadrage-
ta tota præterquam Sabbatis & Dominicis diebus jeju-
nitur* , intelligendus est de privato ritu Ecclesie Me-
lanensis , cui præerat ; & cui concionabatur Ambro-
s . Innocentius quoque loco citato testatur singulis
annis decursum sextis feriis jejunium in Ecclesie ce-
lebrari ob memoriam Dominicæ passionis & mortis ,
& contigere feria sexta biduo ante Paschalem sole-
matatem .

25. Can. LI. Martyrum festa celebrari vetat in Qua-
gesima, nisi Sabbatis & Dominicis. Ratio eadem
, quæ prohibiti eisdem diebus Sacrificii superius
n. 49. quia non est conveniens cum luctu & pœni-
tia latitia publica: qua etiam de causa qui sequi-
r can. 52. inhibet nuptias & natalitia per Quadrage-
nam.

26. Can. LIV. *Quod non oportet sacratos & clericos
nuptiis vel in conviviis aliqua spectacula contemplari:
et priusquam ingrediantur thymelici, surgere & secedere.
Concilium generale Lateranense sub Innocentio III.
quo desumptum est c. clericorum officia, de vita & ho-
st. cleric. sic edicit: Clerici mimis, jocularoribus & hi-
cioneibus non intendant.*

Ludi etiam scenici seu theatrales etiam prætextu con-
studinis in Ecclesiis , aut etiam quocunque loco a
lericis exhiberi prohibentur , c. cum decorum , de vita
honest. cleric. Eam corruptelam renascentem denuo
ohibuit Concilium Basileense sess. 21. unde erutum
it caput , & titulus pragmaticæ sanctionis de spectacu-
s in Ecclesia non faciendis . Jus quoque civile prohi-
et ne clerici ludis theatralibus spectandi caussa inter-
at , l. 34. §. 1. C. de episcop. audient. & Novella 123.
p. 10. Quin etiam istiusmodi spectacula Ecclesia non
ntum in clericis , sed præterea in laicis sæpius damna-
t: Concilium Arelatense primum can. 5. sic decernit:
*e theatraclis, & ipsos placuit, quandiu agunt, a com-
unione separari.* Tertullianus lib. de spectaculis , Cy-
rianus , Augustinus , aliquique Patres invehuntur in hu-
smodi spectacula , & eorum spectatores . Actoribus ve-
s jus civile irrogat infamiam , l. 1. & 2. §. fin. ff. de
s qui not. infam. Vide inferius can. 2. Concilii Car-
aginensis tertii .

27. Can. LVI. Decernit de jure honorifico Episcopis propriis Clericis debito, ne prius Canonici in choro statut in sacro tribunali ad divina officia peragenda condere audeant, quam fuerit ingressus Episcopus: sed sum Episcopum eo deducant & ingressorum comitetur. Sic ergo statuit: *Quod non oportet Presbyteros an- Episcopi introitum in Sacrum tribunal ingredi & sede- : sed cum Episcopo ingredi, praterquam si sit mala va- tudine, vel profectus sit peregre.* Sacrum tribunal lo- sum fuisse, qui primarium altare ambibat, quo Episco- pas & facer Clerus conveniebant ad sacra peragenda, et alio nomine Sanctuarium vocabatur: expofui pe- liari Dissertatione 10, in secundo saeculo, de structu-

ra veteri, & partibus Ecclesiarum. Canon iste Laodice-
nus habetur in Decreto, dist. 95. cap. non oportet.

28. Can. LVII. Cavetur ne in villis aut vicis consti-

tuantur Episcopi, sed tantum visitatores, quos canon
iste ~~periodeutus~~ appellat. Simile decretum edidit Syno-
dus Sardicensis can. 6. Quo etiam ratio hæc insinuat-
ur, ne si talibus locis præficiantur Episcopi, dignitas
illorum vilescat. Huc spectat apud Gratianum distinc-
tio 8. per totam. Periodutarum quoque mentio sit in
lege Græca Justiniani ad Atarbiūm præfectūm prætorio
C. de Episc. & Clericis, qua in lege 42. §. 9. collocan-
tur Periodæ post Chorēpiscopos, & præferuntur aliis
Sacerdotibus.

29. Can. LVIII. Non oportet in dominis oblationes celebrari ab Episcopis, aut Presbyteris.

Debita sanctis & incontaminatis mysteriis veneratio
jus istud produxit . Felix Papa quartus epist. 1. docet
conformatitatem hanc esse inter Mosaicam legem & Ec-
clesiam , ut quemadmodum sub veteri lege non licebat
nisi intra tabernaculum hostias offerre Deo , ita neque
nunc licitum est Sacrificium offerre Deo nisi in locis ,
ritu Ecclesiastico ad hoc sacrum ministerium dedicatis ,
ut refertur cap. 1. 2. & c. sicut non alii , de consecr.
dist. 1. Ubi vero publica quædam necessitas urget , aut
etiam privatorum aliquorum , qua tamen adveniente ,
non æque facilis esse debet ista ab Episcopo consensio ;
cum tamen hujus expressa bona venia , nec nisi super al-
tariolo debite consecrato potest Sacerdos in privato Mis-
sam celebrare . Et quamvis Trident. Concilium sess. 23.
in decreto de observand. & evit. in celebr. miss. hanc
reprimat concessionem : innumeri tamen postea scripsere
Theologi , mentem Concilii non fuisse ut omnino illa
licentia exscinderetur , sed tantum nimia facilitas &
abusio . Eadem necessitatis ratio causam dedit jam usque
a primis Ecclesiæ sæculis atrociter fæviente gentilium
insectatione , in locis abditis & privatis sacra Mysteria
peragendi . Atque etiam nunc in plerisque infidelium
aut hæreticorum ditionibus hæc licentia conceditur ce-
lebrandi , pro fidelium solatio intra privatorum ædes .
Meminit Augustinus lib. 2. de civit. Dei cap. 8. cujus
dam ex suæ Ecclesiæ Presbyteris , qui rogatus a quodam

nomine Hesperio, ut ad villam ejus accederet, quam malus dæmon multas hominibus & jumentis clades inferens, dire infestabat, ad eam domum accessit, ibique Sacrificium Corporis Christi obtulit, quo peracto cessavit omnino illa vexatio & terriculamenta. Existimandum est id non nisi Episcopi permisso fuisse gestum. Theodoritus Cyri in Palæstina Episcopus suæ religiosæ

imitatione cap. 20. factum proprium longe audentius commemorat, seipsum nimirum in cella Maris anachoretæ reclusi, ut ejus ardenti desiderio satisfaceret, divinam etiam sine ullo altari super manibus duorum quos adduxerat Diaconorum celebrasse liturgiam, cum neque illa cella ullo Ecclesiastico ritu fuisse dicata. At id exemplum adeo contrarium sanctis canonibus nullatenus ad imitationem trahi debet.

30. Can. LIX. Non oportet privatos & plebejos psalmos in Ecclesia cantare; neque libros non canonicos legi, sed solum sacra volumina Novi Testamenti, vel veteris.

Deinde sancta Synodus, indice librorum sacrorum utiusque testamenti, suis canonibus finem imponit. Solent novatores canonem Laodicenum, Tridentino sacram scripturarum canoni quasi adversantem opponere: cum tamen ambo Concilia neque invicem adversentur, neque repugnant. Laodicenum enim nullatenus erravit, dum eos libros in albo canonicorum recensuit, de quibus Episcopis ejus Concilii certi erant, ceterosque omisit, non quidem negans esse canonicos, sed nolens rem adhuc dubiam & nondum Ecclesiae manifeste revelatam definire. At vero de iisdem, quos canon iste Laodicenus prudenter siluit, utpote re nondum plene comperta, Spiritui divino placuit suæ Ecclesiae paullo post Synodum Laodicenam revelare, undecim saculis ante Concilium Tridentinum, quod cum sit oecumenicum, & a summis Pontificibus approbatum, longe potiore auctoritate prævalet supra Laodicenum, quod erat unius provinciæ, nec usquam legitur ab ullo summo Pontifice expresse approbatum. Quamvis autem Laodicenum ob sapientissimos, quos edidit, canones multum mereatur venerationis, nemo tamen sapiens inficias ierit, Concilium Carthaginense, quod dicitur tertium anni 397. auctoritate prævalere, utpote Nationale: cui præsedit Aurelius omnium Africanarum Ecclesiarum Primas, subscriptis vero inter alios omni præconio major, & inter primaria totius Ecclesiae sydera connumerandus Augustinus. Istud vero Concilium omnes & singulos cano-